Proclus Diadochus.

Constabat mihi Ioanni Cinnimio Luppano, ætt. 14.

IN PROCLI SPHÆRAM. IOANNIS STOEFLERI

IVSTINGENSIS MATHEMATICI ERVDITISSIMI, FAciléque omnium principis, in PROCLI DIADOCHI, authoris grauissimi Sphæram mundi, omnibus numeris longè absolutissimus commentarius. Ante hac nunquam typis excusus.

AD EMPTOREM.

ACCIPE nunc tandem, studiose lector, Ioannis Stœfleri Iustingensis Sueui, in Proclum commentarium elegantissimum, studijs hactenus tuis desideratissimum, tanto peréque ab eruditissimis, etiam Germaniæ uiris, non sine summa ratione, toties à nobis efflagitatum. Siquidem in huncipsum, licet in speciem exiguum, uir doctissimus ille Matheseos, admirando & ferè incredibili quodam artificio congessit, quicquid uspiam apud bonos authores reuerendæ uetustatis, historiarumue, ac rerum planè reconditarum, adeoq; præclarę erudítionis existit, quibus omnibus quoquo modo uel tyronem artis huius instituere, uel summam etiam cuiusuis peritiam iuuare posset. Quòd si operi huic nostro faueris, propédiém in CLAV. Ptolemæi libros Geographicos uerè nobiles, iusta commentaria, eaque consumatissima, ut & omnia uiri huius sunt scripta, non cunctabimur exhibere. Tu interim ijs fruere ἀγαθῇ τύχῃ, conatumque uicissim nostrum, pro ingenuitate tua, sedulo adiuua. Vale. Ex ædibus Morhardinis nostris Tubingæ, Christianæ salutis an. M. D. XXXIIII.

SCHRADINVS LECTORI.

En hæc prima tibi celebris præcepta mathesis,
Mira tamen pariter Stœflerus hicce dedit.